This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

Les Saintes Pérégrinations de Bernard de Breydenbach (1483)

Bernhard von Breydenbach, F Larrivaz

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LES

SAINTES PÉRÉGRINATIONS

DE BERNARD DE BREYDENBACH

(1483)

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LES

SAINTES PÉRÉGRINATIONS

DE BERNARD DE BREYDENBACH

(1483)

TEXTE

ET

TRADUCTION ANNOTÉE, par le Père F. LARRIVAZ S. J.

Extraits relatifs à l'Égypte suivant l'édition de 1490.

LE CAIRE
IMPRIMERIE NATIONALE
1904

Digitized by Google

Digitized by Google

T28-5146

INTRODUCTION

Nous reproduisons, sans rien changer, le texte latin de l'édition de 1490. Nous n'insistons pas sur les différences orthographiques, fautes même, que chacun pourra remarquer. Pour la traduction, nous avons cherché à serrer de très près ce texte aux allures superlatives, préférant l'exactitude à l'élégance. Nous avons ajouté quelques notes prises dans des ouvrages qu'il n'est pas toujours facile de consulter.

Monsieur le Chanoine Ulysse Chevalier, dans le premier fascicule de son *Répertoire des sources historiques du moyen âge*, donne une bonne bibliographie de l'œuvre de Bernard de Breydenbach; qu'on nous permette de la reproduire intégralement ici: « Bernard de Breydenbach, doyen de la cathédrale de Mayence, voyageur en Terre Sainte, en 1483.

« *Arbeiten Geis. Ober-Lausiz* (17...), III, 159-82 [Reuss, *rep.*, VIII, 153]. — Brunet, *Manuel* (1860), I, 1249-54; S. (1878) I, 173; — (G), *France littér.* (1865), 35-6 dans *N. b. g.* VII, 363-4. — *Cat. J. de Rothschild* (1893), III, 444. — Copinger, suppl. to Hain (1895), I, 3956-64; II, 1, 1336-7. — Du Verdier, *Bibl. franç.*, (1772), III, 224-5. — Fabricius, *B. m. aev.* (1734), I, 592-3 (2e 219). — Falk, dans *Kirchlex.* — Graesse, *Tresor* (1859), I, 538. — Hain, *Rep. bibl.* (1826), I, 3956-65. — Moser, dans *Serapeum* (1842-3), III, 56-84; IV, 270. — Oudin, *S. e.* (1722), III, 2733-4. — Röhricht, *Bibl. geog. Palaest.* (1890), 132-6. — Struve, *Bibl. hist.* (1784), I, II, 78-80. —

Digitized by Google

TOBLER, *Bibl. géog. Palaest.* (1867), 55-7. » On pourrait ajouter: *Bibliothèque de La Valière*, t. III, pag. 30. —

On s'est demandé quel était le véritable auteur des *Sanctarum Peregrinationum* ; on a nommé le dominicain Martin Roth. D'après l'édition de 1490, Bernard de Breydenbach est l'*auctor principalis*, Erhard Rervich, *eorum familiaris pictor ille artificiosus et subtilis* a illustré l'ouvrage *docta manu*, et Pierre Drach de Spire l'a imprimé le 29 juillet année 1490 *Nostrae Salutis.*

Nous ne voyons pas pourquoi: « le nom de Bernard de Breydenbach paraîtrait être un pseudonyme sous lequel se cache un des compagnons de voyage du dominicain allemand, Félix Faber. » *Échos de Notre Dame de France*, 1892, sept., p. 108. Il serait étonnant qu'on donne en frontispice les armoiries d'un personnage fictif. — Voir notre comm. à l'Instit. Égyp., 7 mars 1904.

De Breydenbach (de Breidenstein) (Hesse) portait:

écartelé aux 1er et 4e d'or à un crampon d'azur en forme de Z chargé de trois trèfles d'argent.

aux 2e et 3e d'or à deux hameçons à loups en forme d'arc adossés et unis par une traverse de sable.

Cimier: un loup au naturel assis au milieu d'un vol d'or.

Le comte de Solms portait:

d'or au lion d'azur.

Cimier: un lion d'azur assis dans un vol d'or.

Les principales éditions des *Sanctarum Peregrinationum* sont les suivantes:

a) L'édition latine de Mayence du mois de février de l'année 1486, avec frontispice, cartes et figures, in-folio

Digitized by Google

goth. — Voir Hain-Copinger 3956. Elle est donnée comme la première édition.

b) L'édition allemande de la même année 1486, publiée également à Mayence. — Hain 3958. — On discute pour savoir si Erhard Rervich a édité ou simplement illustré ces éditions.

c) Une autre édition allemande de l'année 1488, parue à Augsbourg, Antoine Sorg. — Proctor 158.

d) L'édition latine de 1490. — Hain-Copinger 3957.

e) L'édition de Spire de 1502. — Röhricht 402.

f) L'édition de 1536, Wittembergae, Nicolas Schirlentz.

g) Deux traductions françaises très célèbres: 1° celle de Nicole Le Huen, imprimée à Lyon par Honeste Thomas Michelet, novembre 1488. Elle est dédiée à « très haulte très chretienne et très redoubtée princesse la raine de France Marguerite: ma très souveraine dame en Notre Seigneur. » Un exemplaire se trouve à la bibliothèque de Sainte Geneviève, à Paris. 2° Celle de Jean Hersin. *Le saint voiage et pelerinage de la cité saincte de Hierusalem* (fait et composé en latin par..... maistre Bernard de Breydenbach..... et a este translaté de latin en françois..... par..... frère Jehan de Hersin). In fine: *Cy finit les sains voyages*..... imprimés le XVIII iour de freuier Lan 1489 [à Lyon] in 4°, goth. 180 ff. cartes et figures. Voir Catal. de la bib. de M. Schefer, pag. 110.

Remarque. — Dans ses *Mémoires géograph.*, M. Et. Quatremère cite Breydenbach et donne comme référence « *Itinerarium*, Ulm, 1496. » Nous n'avons pas de renseignements sur cette édition. Quatremère, *Mém.*, tom. I, pag. 181.

Au moment où commence le récit que nous éditons, les nobles pèlerins s'éloignent des montagnes des environs

Digitized by Google

de Suez; « à l'extrémité de la mer Rouge ils ont admiré de magnifiques ouvrages commencés autrefois par un roi d'Égypte qui voulait amener jusqu'au Nil les eaux de la mer et ainsi relier l'Orient et l'Occident, en sorte que les vaisseaux venant des Indes arrivent au Nil et de là descendent à la grande mer. C'est dans ce but qu'il fit creuser collines, pierres et rochers pour créer un passage à la mer; cet ouvrage ne fut pas achevé; les sages d'Égypte s'y opposaient. Selon ces savants l'influx de la mer Rouge rendrait amères les eaux douces et buvables du Nil et ainsi de féconde la terre d'Égypte deviendrait stérile; la rencontre de ces eaux pourrait aussi amener l'inondation d'une grande partie des terres. Ces raisons firent abandonner l'entreprise. » Après la traversée pénible du désert ils sont enfin le 6 octobre à l'entrée du Caire au village de Matarieh. C'est de là que nous allons les suivre jusqu'au moment où ils s'éloigneront au large d'Alexandrie pour regagner leur chère Alemanie.

FÉLIX LARRIVAZ.
S. J.

Digitized by Google

SANCTARUM PEREGRINATIONUM

BERNARDI DE BREYDENBACH

PARS QUAE SPECTAT AD AEGYPTUM. — (*Folio 88*).

In fine illorum montanorum congregationem vidimus aquarum multarum instar maris et civitatem quamdam ac terram fertilissimam olivis palmis et aliis arboribus repletam. Erant autem ille aquarum congregationes de nobilissimo paradisi fluvio Gyon : qui nunc Nylus nuncupatur, quo tota Egypti terra fecundatur ut patebit in processu. Igitur contra aquas illas processimus et venimus in villam Matheream dictam, ubi ortus balsami est.

Cum omnibus autem rebus nostris introducti sumus in domum illam in qua fons beate virginis emanat qui irrigat ortum balsami domui eidem annexum. Ibi rebus nostris locatis : camelariis nostris et ipsis camelis licentiam dedimus quos duntaxat ad locum illum conduximus, quo facto misimus nuncium in Chayrum (parum enim distat a Matherea duobus videlicet miliaribus germanicis duntaxat) et trutzelmanno chayrino nostrum denunciavimus adventum, petentes ut ad nos veniret inque urbem nos deducere dignaretur. Nullatenus enim absque ejus tuitione possent christiani vel judei civitatem illam potentissimam ingredi cum salute et pace. Hic nostro comperto adventu multa comitatus caterva clientum ad nos venit volens nos statim babyloniam introducere. Verum propter loci illius in quo eramus amenitatem atque singularitatem (nam post heremi vastitatem et horrorem solitudinis desertorumque sterilitatem locorum, magnopere nos ortorum amenitas delectabat et terre abundantia quia, solo vino dempto, omnia ibi reperimus bona que desiderare poteramus pro competenti precio et aquas presertim dulces claras et frigidas que rare nobis erant in copia magna) placuit nobis ut die illo ibi possemus manere usque in crastinum quod et trutzelmannus annuit, hac tamen conditione ut unus ex familia dominorum lutanista videlicet

Digitized by Google

Conradus nomine secum pergeret quia et trutzelmannus ipse in ejusmodi instrumentis musicalibus erat peritus, quam adjectam libenter admisimus conditionem dum voto potiremur de manendo.

Erat namque circa nos fons ille singularis de quo ipsa Virgo gloriosa et Jesus fons pietatis, Joseph quoque virtutis exemplum bibisse dicuntur. Antiqua namque patrum habet traditio quod dum Joseph, precipiente angelo, a terra Israel fugiens cum puero Jesu et Maria matre ejus huc loci venisset, circuibat per domos ville prefate seu Matheree aque potum petens, sed non erat qui tribueret. Tandem Virgo fatigata ex itinere se cum puero Jesu hoc in loco ad pausandum collocavit Joseph assistente. Cumque siti gravi estuarent ecce fons ille memoratus ad virginis latus emanavit, de quo bibentes refocillati sunt. Tam nobiles autem fons ipse aquas scaturit quod ibi balsamorum ortum est nec usque hodie per totum mundum nisi de illius aque crescit fecunditate. Quamquam veteres gentilium historie narrent balsami vineam in montibus Engaddi primum fuisse exortam et per Cleopatram reginam Egypti inde eradicatam huc loci fuisse translatam hoc tamen certum est et frequenti experimento compertum quod si ramusculi balsami de isto sumantur orto et in alio loco plantentur mox arescunt et depereunt. Ad hujus autem aque rigationem duntaxat virescunt qua deficiente deficiunt. Hoc summus quidam Pontifex Rhomanus, hoc multi temporum successu soldani tentarunt, conati vineam illam alibi plantare, sed ut dictum est, in vanum laboraverunt, quia non nisi ex hoc fonte balsamum suo manet in flore. Sarraceni autem magnum circa fontem illum puteum foderunt, de quo quatuor boves aquas haureunt et dum ejusdem aquas putei in balsami ortum per cannalia infunderent, ut sic copiosius irrigaretur mox viror decrevit virgultorum et ita coacti sunt canalia de puteo in fontem Virginis Marie dirigere et de ipso fonte in ortum mittere, ut sic aque putei commixte cum aqua fontis fecundarent ortum illum quibus et hodie irrigatur.

In crastino, facto mane, circa fontem sanctum solemne officium Misse de Virgine gloriosa celebravimus et ita finita missa ibi manducavimus que apud nos erant et bibimus ex aquis illis magnopere fonte ipso delectati. Nam et quidam ex nostris in ipsum se aliquotiens fontem immersere, robustiores exinde se evasuros

Digitized by Google

sperantes. Nimirum nam et Sarraceni frequenti se ibi abluunt baptisatione. Porro domus in quam eramus intrusi spaciosa erat et delitiosa ex qua per fenestras in ipsum balsami ortum prospicere poteramus. Unde odor mirificus spirans suavissima sua fragrantia locum nostre habitationis implent. Post aliquot horas supervenit trutzelmannus juxta condictum ut nos conduceret in Babylonem quem non modico dato auro exoratum fecimus ut in ortum illum delectabilissimum nos antea sineret introire quam inde recederemus, quod et fecit per parvum ostiolum nos introducens, ubi ingressi arbores virgulta et herbas diversarum vidimus specierum. Erant autem quedam adhuc in flore, quedam vero in fructu, quedam in secunda jam refloritione, et odore suavissimo redolebant.

In primo mox ingressu ficulneam quandam grandem et pervetustam sub oculis habebamus, cujus truncus magnam preferebat cavaturam ante quam due pendebant lampades ardentes cujus rei dum inquireremus causam nobis dictum fuit quod dum Virgo gloriosa illic peregre vivens nullum haberet locum ad quiescendum et ipsa cum puero Jesu se ad arborem illam quietis gratia reclinasset statim arbor se aperuit et Virginem cum filio intus recipiens congruum requiei prebuit locum et ob id sicut fontem prefatum ita et arborem istam venerantur non modo christiani sed et sarraceni. Ex hujus arboris fructibus quia plena pendebat pomis qui ficus dicuntur Pharaonis de licentia comedimus trutzelmanni

Inde procedentes ad aliam quamdam mirabilem venimus arborem cujus folia XV aut XVI pedes habebant in longitudine, in latitudine vero duos aut paulo plus; fructus autem ejus poma sunt oblonga quorum XVIII, XIX, aut XX in uno culmo crescunt sicut uve multe in uno racemo. Sunt autem poma illa dulcissima quando ad debitam perveniunt maturitatem et dicuntur musi et quacumque parte scindantur utraque pars scissure crucem cum crucifixi imagine gerit impressam. Et fertur pro certo quod lignum scientie boni et mali cujus fructus erat vetitus illius fuerit speciei cujus et arbor illa. Dicitur etiam quod olim ante papyri inventionem in foliis hujus arboris prius exsiccatis antiqui scribebant. Habent enim folia illa a summo usque deorsum rectissimas lineas ordinate ab invicem distantes sicut hodie arte fiunt in papyro vel pergameno.

Digitized by Google

Inde per odoriferas et varias gradientes herbas venimus ad quamdam maceriam ex luto et arundine compactam ubi erat ostiolum parvum, sed repagulis et seris ferreis firmiter clausum. Ante quod custodes stabant cum fustibus et lignis nobilissimum balsami ortum custodientes et observantes ne quis illum ingredi possit. Ibi iterum novo dato argento custodibus hoc nos ordine intromiserunt ut sex duntaxat simul ingrederentur, quibus egressis iterum sex introirent et sic consequenter, hac enim cautione data ut nullus nostrum de ramusculis aut de foliis plante illius nobilissime presumeret vellicare. Precedente itaque trutzelmanno et ad sensum singulis demonstrante vidimus que longe ante de balsamo legimus et audivimus nostris in terris. Nam ramusculum digitis apprehendens contra solem eum flexit : quasi circulum faciens ex qua flexura crepante paululum ramusculi cortice gutta quedam clara et crassa instar olei inde sudavit qua erumpente tota aeris superficies miro replebatur odore et hoc probatissimum balsamum erat. Pluries id nobis cernentibus et admirantibus trutzelmannus faciebat sed et manum cujuslibet nostrum ab intra dicto oleo ungebat que quidem unctio tante erat virtutis et efficacie quod mox manum penetraret et ab alia manus parte sentiretur. Folia etiam balsami manibus pressa et ramusculi duntaxat fricati consimilem redolent odorem. Porro virgulta balsami vix ad mensuram hominis porriguntur in longum similia pene illis virgultis in quibus botri crescunt qui dicuntur vulgato vocabulo apud nos botri sancti Johannis.

Ter autem per mensem decembris stipites balsami cultello inscinduntur in corticibus et sub scissura vitriola ligantur in que guttatim oleum balsami de vulnere stillat et fluit, et quod primo inde colligitur domino duntaxat soldano reservatur, quia optimum balsamum est, de quo si quis alius tolleret morte mox plecteretur. Inde ipse quattuor potentissimis regibus suis convicinis encenia transmittit, videlicet magno Cham de Cathey presbytero Johanni Xsanssa domino tartarorum et magno Turco. Quod autem secundo colligitur et tertio non est adeo excellens ut primus et id venditur Chayro, raro tamen purus, sed vel oleo vel aqua rosacea vel alio liquore permixtum. Itaque per ortum illum amenissimum transeuntes majorem in modum delectabamur varietate virgultorum

Digitized by Google

et rapiebamur ex hoc in hoc ammirantes vehementer tam subitam terre alterationem. Nam extra sepem quo villa cingitur matharea omnia sunt loca inculta, arrida, sterilia et solis ardoribus combusta, magno deserto continua per quod veneramus. Sed si quis recte consideret ejusdem loci situm mox desinet ammirari. Nam nobilissimus paradisi fluvius Nylus sue inundationis tempore in Mathaream usque contingit et totam terram infundit, et ita eam reddit fecundam, nec dubium quin fons beate Virginis ortum irrigans predictum ex Nylo per occultos terre meatus originem sumat.

Est autem Nylus qui et Gyon fluvius Mesopotamie de paradiso exiens. Et dicitur limatus vel terrenus quia turbidus est et limosus. Oritur autem non procul ab Athlante et circumit terram Ethiopie et descendit per Egyptum irrigans planitiem ejus. Unde dicit Hieronymus super Amos super verbo defluet quasi rivus Egypti etc. Nylus dispositione Dei totam Egyptum semel in anno irrigat, cumulis arenarum claudentibus ostia ejus ne defluat in mare. Post irrigationem autem solutis cumulis redit in alveum suum et sic tandem mare ingrediens a mari absorbetur. Hic fluvius nutrit reptilia multum nociva et venenosa, sicut crocodillos et bestiolam que dicitur Enidros de qua Isidorus libro XII cap. II Enidros inquit est bestiola ex eo nuncupata quod in aquis versetur et maxime in Nylo que si invenerit crocodillum dormientem volutat se in luto primo et intrat per os ejus in ventrem et carpit omnia interiora ejus et sic moritur. Dicit etiam glossa super XXII cap. Ecclesiastici quod Gyon qui et Nylus fluvius turbulentus est et multum contrahit limi unde limositatis ratione quam secum ducit terram per quam ducit frugiferam et valde fertilem facit. Hec glosa. Constat nimirum quod tota terra Egypti de se sterilis est et infructuosa, sed Nylus eam preterfluens non modo unda sua perfundit sed et secum nobilissimam glebam de paradiso defert quam terre sterili superfundit in cujus rei signum et evidens testimonium aqua Nyli non nisi turbidissima advenit Egypto qua decrescente terram quam operuerat derelinquit terra aliena pingui et optima coopertam, de cujus seminali ratione nobilissimi generantur fructus. Et quia ut dictum est ultra sepes Matheree Nylus nunquam redundat ideo ultra eam locus est desertus, intra vero eam locus paradisee voluptatis.

Digitized by Google

DE INGRESSU EX MATHEREA IN CHAYRUM

Igitur cum predicti viridarii amenitatem perlustrassemus, advesperascente jam die exeuntes Matheream cum trutzelmanno versus Chayrum properabamus habentes a dextris ortos pulcherrimos variis arboribus consitos fructibus cumulatos in quibus palatia in castrorum modum videbantur extructa ita quod Chayrum civitas in Matherea pene initium habere videretur eo quod orti illi cum domibus a Matherea continuos usque in Chayrum protenduntur a sinistris autem non nisi sterilem vidimus terram quam Nyli excrescentia non attingit a dextris vero per ortos predictos in modum maris se effuderat ita quod arbores et edes in aquis stabant.

Clara igitur adhuc die Chayrum sumus ingressi, sed priusquam ad hospicium veniremus ob longum urbis spacium et iter magnum profunda jam nox erat et tenebre ingruerant ita quod non absque multis angustiis et laboribus ad domum ipsius qui nos a longe precessit trutzelmanni pervenimus per vicos longos populosos et arctos ipsum sequentes graviter a paganis vexati tracti et inclamati. Tandem in suam receptos curiam trutzelmannus noster in palatium quoddam pulchrum et preciose pictum ac stratum nos introduxit ubi noctem egimus illam. Mane autem facto distinctas nobis cameras assignavit in quas res nostras intulimus. Et quamquam melius apud alios fuissemus hospitio suscepti et tractati, tamen ejus absque gravi offensa exire non satis honeste poteramus. Fuerat autem ipse trutzelmannus noster judeus natus sed relicto judaismo ad baptismum convolans factus fuerat christianus. Demum etiam fide nostra abnegata factus est et mammalucus et ita a Soldano officiis exaltatus predives et prepotens evasit ex pecuniis judeorum et christianorum quorum protector et ductor a Soldano est constitutus a quibus et pecunias per fas et nefas cum dole et fraude extorquet.

Porro cum die illo in hospitio prefato essemus varie ad nos bestie monstruose adducebantur per mauros de castro domini Soldani pro spectaculo de quibus brevitatis gratia supersedeo. Et ne tedio afficeremur ipse hospes et patronus noster predictus ad habitacula domus sue nos circumduxit ostendens nobis uxores

Digitized by Google

suas et eunuchos earum, paramenta quoque bellica et arma, sellas ac frena equorum deaurata et domus omnis sue ornamenta varia et preciosa. Habebat autem bestiam quamdam inclusam que vexata materiam quamdam egerebat redolentem per omnia in modum musci que non venditur nisi equali pondere aurum remetiatur.

Tandem die sequenti que fuit decima octobris feria scilicet sexta quam celebrem habent sarraceni festivantes in eam domum exire nequaquam poteramus. Quo in tempore christianus quidam ferreis compedibus vinctus ad nos accessit eleemosynam et pecuniam aliquam a nobis mendicans pro sua liberatione. Nam duos in Alexandria pueros a quodam emerat mauro quod quia contra legem Mahumeti est accusatus de hoc biennio in carcere fuit ob id detentus. Eodem sero cum sol occasum peteret permitente hospite nostro ex sublimioribus domus locis festa vidimus sarracenorum. Habebant enim tunc solenne jejunium quod per mensem integrum octobris singulos per annos observant. Est autem jejunium eorum ritus iste: Per diem totum a solis ortu usque ad ejus occasum nec comedunt nec bibunt, sed dormiunt et requiescunt. Mox autem ut sol occidit multa accendunt luminaria in turribus muschkearum suarum et clamoribus ac vocibus altisonis fidei sue pronunciant professionem, quo facto incipiunt crapulis et comessationibus se replere et luxuriis ac superstitionibus insolentiisque multis vacantes noctem totam ducunt insomnem discurrentes etiam per civitatem cum tabulis ligneis clamoribus et ululatibus sonitum faciunt et strepitum multum ut si qui somno fortassis per hec excitentur ad ingurgitationes et infamias suas solitas. Et hoc per singulas noctes hujus mensis octobris faciunt, servata tamen differentia secundum sub et supra sextum queque dies magis vel minus habentur solemnes quo enim festum majus eo nocturna dissolutio major.

Hec videntes, ammirabamur precipue de tot mille turribus et lampadibus innumeris quibus singule turres tribus per circumitum ordinibus illuminate decorabantur et resplendebant. Nam et urbs tota a luminaribus turrium instar clare diei illuminabatur. Si quidem qui inter sarracenos locupletiores ceteris sunt, in testamentis suis bona sua pro hujus modi luminaribus sive lampadibus

Digitized by Google

augendis et multiplicandis edificandisque Muschkeis et turribus et nutriendis his qui in eisdem sic clamitent legare solent et contribuere sicut apud nos divites ecclesias fundant et missas.

Die XI octobris plures ex mammalucis venientes ad nos querebant si quos forte compatriotas sive conterraneos inter nostros invenissent. Inter quos unus duntaxat alemanus erat ex Basilea natus. Plures autem ungari viri graves et persone egregie ad dominum Johannem archidiaconum et canonicum ecclesie Transilvaniensis venerunt virum religiosum et doctum conversatione quoque benignum et jucundum qui multa apud illos bona operabatur suo hortatu et exemplo. Nam plures eorum data fide in manibus ejus juraverunt quod quantotius ad sancte matris Ecclesie sinum redire et super apostasia condignam agere penitentiam vellent. Ipse etiam matrimonia eorum more sarracenorum contracta sacramentali ritu rectificavit et infantes quosdam baptizavit. Hec autem omnia clam in domo cujusdam ungari fecit qui habitum officium et nomen pro se ferebat mammaluci sed revera non erat neque enim fidem abnegaverat neque circumcisionem acceperat, sed cor gerebat fidele sub sarracenica veste cujus rei Soldanus ipse et duo alii de curia erant conscii, sed propter viri probitatem quia in armis strenuus erat et corporis robore et animi magnitudine prestans hoc ipsum celabant scientes pro certo ante eum moriturum quam negaturum fidem unde et Soldanus sibi et quibusdam aliis bonis viris per litteras providit ut ipso mortuo a servitute qua Soldano pro tempore obligantur servire sint penitus absoluti.

Is prefatus mammalucus humaniter se nobis exhibens ob gratiam memorati domini Johannis ad multa nos loca per civitatem circumduxit et secretiora pleraque ostendit. Paucos ibi vidimus mammalucos qui non dicerent verbis saltem ad sanctam ecclesiam catholicam se reversuros quin et ipse patronus noster pluries asserebat suam se velle perfidiam deserere et redire ad christianismum nam et ambe sue uxores erant christiane et parvuli baptisati. Id enim certum habetur quod omnes mammaluci pueros suos masculos faciunt baptisari non ob id quidem (multorum opinione) ut pueri salutem consequantur anime neque ut in fide christiana perseverent sed ut in paternis bonis et officiis fiant successores. Nam abolim

Digitized by Google

omnia mammalucorum bona dum rebus excedunt humanis Soldano confiscantur nec potest quispiam sarracenus vel more sarracenico natus puta non baptisatus, fieri mammalucus, idcirco mammaluci filios suos baptisatos mox ubi discretionis annos attingunt Soldano sistunt pollicentes se fidem Christi abnegaturos si paternis bonis et officiis succedere sinantur. Quo admisso fidem abnegant et in locum patrum subrogantur, quod alias nequaquam fieret si ab utero in mahumetica perfidia nutrirentur. Esto quod ita sit bonum tamen est nomen saltem Christi et sacramentorum ejus usum inter gentes remanere affectumque in eis foveri ad ritum natalem. Indubitatum enim est mihi quod si puri sarraceni terris illis dominarentur locus nobis christianis latinis et accessus ad loca sancta transmarina minime pateret, ob implacabile eorum in nos odium et inexorabiles inimicitias, quibus nobis sunt infesti sed quia Soldanus ipse et omnes sui curiales et armigeri atque prefecti locorum sunt mammaluci, protegimur ab eis.

Die XII octobris audita missa (Nam Dominica vicesima post octavas Sancte Trinitatis currebat) didicimus quodam nobis referente quod galee veneciane in portu existentes Alexandrino, speciebus aromaticis onerarentur atque ad celerem pararentur recessum, quo ex rumore plurima fuimus affecti jucunditate quod in eisdem galeis repatriare sperabamus. Eodem die post cujusdam adducte bestie quam coppin nominant ludum visu mirabilem. Tres christiani captivi et pene nudi vincti catenis lamento miserabili suas deflentes calamitates eleemosynam a nobis precabantur. Hanc enim Sarraceni discretionem suis observant cum captivis quod tribus in septimana diebus ex suis emittunt custodiis catenis vinctos et per vicos populosos et curias majores pro petenda eleemosyna circumire permittunt sub manu custodum et quidquid ibi acquirunt id tenerentur in cibos expendere vel etiam inde se liberare et redimere sinunt. Advesperascente jam die cum tempus sarracenice comessationis et dissolutionis incumberet, omnis hospitis nostri familia insanire cepit et cantare et corizare et cum instrumentis musicis ludere ipse quoque patronus cum duabus suis conthoralibus cultu meretricio exornatis una cum concubinis et ancillis accensis candelis lectos nostros circumierunt ut risus et letitie materiam et causam acciperent ex nobis unde et noctem

Digitized by Google

illam habuimus opido inquietam propter clamores et insanias sarracenorum cum strepitu et impetu per vicos et plateas currentium et ululantium in turribus, ut illo in tempore moris est sui usitati.

Die XIII sumpto prandio in partes nos dividentes tres aut quatuor simul et non plures vicos intravimus mercatorum ubi tantam vidimus hominum multitudinem tantaque erat pressura sicut esse solet Rhome ad Sanctum Petrum in anno jubileo, et tot venditores et emptores quod visu mirum et pene incredibile est auditu. Neque arbitror tam populosam tam grandem tam predivitem atque prepotentem hodie sub celo esse civitatem sicut est ista Chayrum babylonica. Ibi armis et pannis sericis comparatis et bestiis quibusdam monstruosis in forum venimus ubi homines sicut bestie vendebantur et compatiebatur anima nostra parvulis ibi sedentibus qui suam venditionem exspectabant. Cumque mammalucus qui ductor noster erat hinc inde nos circumduceret venit mercator quidam inquirens ab eo quanti precii Schlavi illi essent quos sic circumducebat. Ad quod mammalucus ipse subridens parvi inquit sunt precii homines illi in foro isto cito autem ad aliud ducentur forum ubi incomparabiles erunt. Neque tamen ad hec verba emptor ille desiit, sed pro persona qualibet decem obtulit ducatos mammaluco donec tandem comperit eos non esse venales.

Die vero XIII summo diluculo venientes duo mammaluci a patrono nostro conducti secundum numerum personarum asinos et mucrelos (id est asinorum ductores) disposuerant ut nos per urbem ad loca quedam ducerent videnda. Igitur egressi hospitium transeuntes per vicum unum et per vetustissimam quamdam portam ferream venimus ad populosissimas plateas ubi post multas derisiones et acclamationes probrosas occurrerunt nobis homines multi miseri et miserabiles, catenis inclusi simulque colligati eleemosynas a nobis postulantes. Inde per numerosos hominum cuneos penetrantes in locum quemdam venimus ubi supra modum compressio hominum magna fuit. Nam barbarus quidam mercator utriusque sexus homines plurimos habebat venales ita levi precio et exiguo ac si fuissent res furto ablate et pro illis emendis tanta confluxerat hominum multitudo. Inde pulcra quadam platea

Digitized by Google

pertransita ubi multe edes alte et nove circumstabant (nam locus ipse quinquennio duntaxat evoluto desertus factus fuerat et arundinibus plenus nunc autem dictis edificiis decorus) ad sinum quemdam Nyli venimus in cujus littore schlavi multi de luto paleis resperso lateres conficiebant et confectos soli exponebant coquendos instar filiorum Israel qui in luto et latere Pharaoni servientes in Egypto, tandem propter onera clamaverunt ad Dominum qui misit eis liberatorem suum servum Moisen.

Ibi etiam locus ille fluminis quondam fuisse videbatur ubi Moises ipse infantulus in carectam ripe fluminis stante procul sorore ejus et consideranti eventum rei fuit projectus et tandem descendente filia Pharaonis ut lavaretur in flumine gradientibus secum puellis per crepidem alvei in viscella cirpea fuit inventus in papirione ut habetur Exodi II. Ibi namque erat pons arcuato opere factus per flumen ubi Egyptii mares hebreorum juxta preceptum Pharaonis projiciebant in aquam ut habetur in dicto capitulo. Inde ad maceriam orti cujusdam ascendimus ubi quondam arbor ingens stabat sub qua Virgo Maria cum puero Jesu fertur quievisse, quam arbustam et christiani et sarraceni multum venerabantur, sed suspensis in quibusdam seditiosis mox arbor aruit ruitque solotenus. In cujus rei memoriam sarraceni erecta ibi columna lapidea factum hoc aureis in ea litteris scripsere. Hinc ad stationem navium multarum in Nylo profundo et lato venientes maximam circa illas vidimus negociationem.

DE BABYLONIA EGYPTI

Tandem per quasdam vetustissimas et spissas valde horribilesque portas intravimus babyloniam. Sed hec Babylonia non est illa que fluit secus fluvium Chobar, sed dicitur Babylonia Egypti que parvo dividitur intervallo a Chayro itaque non duas faciunt civitates sed unam cujus pars altera dicitur Chayrum, altera Babylonia et ipsa tota nomine composito Chayrumbabylonia appelatur et creditur quod olim fuerit nuncupata Memphis deinde Babylonia et tandem Chayrum quod interpretatum est idem est quod confusio sive babylonia.

Digitized by Google

In hac babylonia ante tempora Pharao rex Egypti morabatur in ingenti palatio quod hodie penitus est desolatum. Ibi etiam tunc temporis metropolis Egypti sive civitas major erat ut ex ruinis ejus potest cognosci que hodie videntur.

Transeuntes autem per vicum longum ad cujusdam Eccelesie fores devenimus quam christiani possident de cingulo sive cinctura dicti qui sunt de fide sancti Pauli. Ingressi autem Ecclesiam descendimus in criptam sub choro et ibi asserunt locum esse ubi Virgo gloriosa Maria cum puero Jesu et Joseph sancto, septennii spacio manens latitavit. Inde ad quatuor leucas alias ecclesias quas christiani orientales tenent ducebamur in quibus aliqua sanctorum corpora requiescunt.

Inde per multa procedentes loca de quibus mira ferebantur, tandem ad radices montis venimus super quo castrum Soldani est situm, ubi plurimos habuimus obvios mammalucos qui de exercitio suo solito revertebantur. Nam singulis diebus vel ad minus ter in septimana exeunt mammaluci curiales in planiciem sub montibus et ibi se in bellicis exercent rebus, ascendunt etiam in saltus et loca altiora actus militares agentes ut non modo in vallibus et planicie, sed et in montibus et collibus seipsos et equos suos exercitent ad pugnam et cursum etc. Multos ibi vidimus decoros juvenes candidos et rubecundos similes nobilibus patrie nostre filiis. Eratque numerus mammalucorum tunc temporis ad XXII millia qui numerus ut communiter continuatur, succedentibus ut dictum est filiis in loca patrum suntque ut in pluribus mammaluci illi de Schlavonia, Albania, Zirkassia, et Italia, perpauci vero de Alemania. Hi nos pacifice pretereuntes nullam nobis molestiam intulerunt.

DE CONTEMPLATIONE CHAYRI EX MONTE

Cum autem preterissent, clivum montis ascendimus per viam satis periculosam nec manere in asinis poteramus propter precipitem ascensum. Tandem multo labore in cacumen venientes mox oculos conjecimus ad civitatem considerandam que profecto magna est et dicitur hodie esse major civitas in orbe. Quidam enim qui id certum habebant asserebant eam in latitudine duodecim millia

Digitized by Google

centum septuaginta duos passus habere in longitudine vero quindecim millia centum septem passus. Dicitur etiam quod numerus parrochiarum sive ut aiunt contratarum in ipsa urbe ascendat ad viginti quatuor millia. Verum ex illis non nisi quattuordecim millia hujusmodi contratarum portis et seris singulis noctibus clauduntur. Castrum vero Soldani tantum in magnitudine spacium occupat cum sua circumferentia quantum fere oppidum Ulmense, vel pars altera oppidi Nurenbergensis, ita quod eques sub quatuor horarum intervallo sine intermissione faciens iter longitudinem civitatis forte posset transire, ipsam vero totam per novem vel decem horas circumire. Nam latitudo ejus in plerisque locis dimidie leuce germanie occupat spacium, in plerisque plus. Muschkeas preciosissimas et plurimas cum turribus valde altis habet et credo quod Rhome nunquam tot fuerint ecclesie, sicut ibi sunt muschkee omnes ex marmore polito fabricate. Ita proh dolor satanas suas ibi synagogas ampliavit et multiplicavit.

Porro edificia in ista urbe deforis exilia sunt et turpia, utpote ex luto et latere exstructa, sed deintus comptius disposita sunt et ornata, mansionibus et habitaculis pulchris distincta. Preterea populosior est civitas illa quam alia ulla sub sole, crediturque quod tota italia vix tanto abundat populo ut urbs hec sola. Nam longe plures in ea sunt homines qui propriis carentes domibus dormiunt sub divo quam sint venetiis habitatores. Audita refero neque enim ipse numeravi. Nam et Judeorum supra XV millia ibi dicebantur habitare, omnes artificia exercentes vel mercationibus vacantes.

Regitur autem civitas ipsa Chayrum et administratur per regem Soldanum, post quem secundus in ordine ammiraldus semper appellatur, post illum vero tertius diodarus, et hi tres toti presunt paganismo, residentiam tamen faciunt in Chayro. Unde officiales et prefecti in omnia loca provincias et civitates paganorum ex mammalucis transmittuntur. Hoc etiam certum habetur quod abolim quidam ab oriente et occidente magno et excellenti ingenio viri ad illam civitatem properavere ut mira et magnalia que de ea audierant ibi viderent. Nam Pythagoras et Plato suis relictis sedibus in Egyptum laboriosissime migraverunt ut memphiticos audirent et viderent vates. Appollonius quoque sive ille magus ut vulgus loquitur sive philosophus ut pitagorici tradunt, post lustratum

Digitized by Google

orientem ut testatur Ieronymus tandem Egyptum intravit ut famosissimam solis mensam videret in sabulo que in Chayro creditur in templo solis stetisse.

Perspecta omni civitate Chayrina ad Nylum flumen nos convertimus contemplandum, qui eo tempore totum territorium sua excrescentia et inundatione operuerat ita quod major pars Chayri in undis stare videbatur. Est autem Nylus paradisi fluvius maximus et nobilissimus qui in tres dividitur partes principales, et in tribus distinctis locis influit in mare, cujus una pars tantum secus Chayrum et Babyloniam decurrit veniens per terras presbyteri Ioannis. Fluvius iste in suo descensu sub Chayro adhuc in duas dividitur partes, quarum una ad sinistram preterfluit Voy et Rossetum civitates duas. Alia vero ad dexteram currit per Damiatam civitatem magnam maritimam et est quelibet harum partium seorsum multis in locis Rheno major et spaciosior. Aqua hujus fluvii semper est turbida instar Tiberis in Rhoma, sed ubi ad modicum tempus steterit fit clara, dulcis et suavissima. Preterea Nylus ubique piscibus copiose abundat, nec creditur quod in hoc parem habeat aquam in toto mundo.

Sunt in Chayro plus quam octo millia hominum qui se illarum aquarum circumductione nutriunt et venditione. Sunt et profunde in ecclesiis et muschkeis fovee quas dum Nylus intumescit aquis replet, que purificate egris dantur in potu et inde plerumque curantur. Sunt etiam plurimi ibi cameli ad hoc solum deputati ut aquas de Nylo ad perfundendum vicos comportent ne pulvis ex frequenti hominum deambulatione nimium elevetur et ita impedimentum prestet negociantibus. Nam ubi hujusmodi non fit perfusio elevatur pulvis in altum velut fumus magnus et densus et vix discerni potest an fumus ille ex igne generetur vel pulvere. A multis sepe soldanis per superiora tempora missis viris quibusdam cum navibus provisis victualibus, que ad biennium vel triennium sufficerent studiose inquisitum est et perscrutatum ubi Nylus suam haberet originem primordialem. Sed qui missi fuerant post exactum biennium vel triennium cum etiam ultra Indiam longe processissent redeuntes dicebant se finem seu terminum Nyli nullatenus invenire potuisse nisi quod ab oriente emanat. Dicebant etiam ultra Indiam nullam esse hominum habitationem, sed terram

Digitized by Google

prorsus inhabitabilem et tantum ibi solis esse ardorem quem ferre nequaquam potuissent.

In hoc etiam fluvio reperitur in India lignum illud preciosum et durissimum quod albanum dicitur, proveniens ex paradiso per hujus fluvii inde decursum sive descensum. Quascumque terras Nylus preterfluit et infundit fructiferas admodum facit et presertim Egyptum, quam nisi iste fluvius irrigaret tota sterilis esset et inhabitabilis redderetur. Super ripam Nyli muschkeam quamdam vidimus a longe cum cimeterio annexo et dicebatur nobis quod in patrocinio sive festo ejus sancti cujus in honorem est fabricata, omnes mortui ibi sepulti festo ipso durante egressi de monumentis sine motu et sensu sic stant cunctis cernentibus, et mox evoluta solemnitate in suis se recipiunt sepulchris et hoc singulis annis fieri asserebant, nec est adultus aliquis, aiebant, in Chayro qui id ipsum ignoret, nec est dubium quin opere demonum prestigiose id fiat. Lacum etiam quemdam vidimus prope Nylum qui per singulos annos instar sanguinis rubescit in memoriam fortassis illius plage qua omnes aque Egypti in sanguinem fuerunt converse.

Ibi etiam vidimus per desertum quasi usque ad mare rubrum, sed et ortum balsami de quo supra in villa Matharea. Nam quinque duntaxat leucis italicis distat a Chayro vel paulo plus. Ultra Nylum etiam pyramides multas conspeximus, quas olim reges Egypti sua super sepulcra fieri procurarunt, de quibus vulgo dicit quod sint granaria sive horrea quondam ab Joseph ibi pro frumentorum repositione edificate etc. quod falsum liquet quia pyramides iste ab intra non sunt cavate.

Circa illas autem pyramides ingens idolum Isidis adhuc stare videtur, quod quondam Egyptii colebant. Etiam supra pyramides ipsas magne et vetustissime cernuntur ruine ubi quondam illa potentissima et nobilissima civitas Egypti stetit que centum portas habuit de qua Sanctus Mauricius cum legione Tebea fuit. Per Nylum etiam ascendendo mox venitur in deserta Aran et Saran et Scithy de quibus in vita patrum sepe mentio fit ibique videntur monasteria hodie desolata sanctorum patrum Antonii, Macharii, Pauli primi heremite et aliorum multorum. De his enim locis desertis patres sancti in Chayrum venientes sportas suas et plectas

Digitized by Google

vendebant, et inde victui necessaria comparabant. Illis in locis superioribus annis multi monachi greci morabantur, qui calogeri communi vocabulo nuncupantur; sed hec omnia in dies deficiunt charitate pristina frigescente.

Non longe a monte illo Moisi prospeximus oratorium ubi Deum pro Pharaone fertur orasse. In eo loco Sarraceni Muschkeam nunc fecerunt. Rursus in littore Nyli sursum eundo est regio quedam Segetha nominata ubi aves quedam rare in magno sunt numero, videlicet psiticus, pellicanus et hujusmodi. Simee quoque caudate et catti marini sunt et capte ducuntur Chayrum venales in magna multitudine. Capiuntur autem in Septembri presertim psitici interdum milleni simul.

Igitur cum singula hujusmodi loca de monte fuissemus contemplati, descendimus perpreceps viam profecto periculosissimam et venimus per multa cimeteria ad sepulturam Soldanorum ubi multe preciose et nove edificate muschkee. Nam quilibet Soldanus in loco quem elegerit propriam edificat muschkeam. Modernus quoque Soldanus cui nomen Kathubee ingentem et grandem jam sibi construxit cum turri polita et alta valde, et circa illam domos magnas cum cellulis multis instar monasteriorum edificavit, quas sacerdotes de lege et ritu Mahumeti inhabitant ab ipso dispositi qui nocte et die in muschkea et turri clamare et ululare non cessant juxta morem suum, unde et nobis ibi transeuntibus velut canes latrabant. Ab hoc loco urbem ingressi magna cum difficultate ad nostrum venimus hospitium ob hominum, camelorum, equorum et asinorum pressuras quas pertranseuntes percussi fuimus et tracti et irrisi atque clamoribus contumeliosis lacessiti supra modum.

Vidimus quoque plurimas per civitatem coquinas per vicos et plateas, quia Sarraceni raro intra suas coquunt edes, sed coctos emunt cibos. Et dicebatur nobis quod circiter XII millia cocorum essent in Chayro, quorum multi per civitatem cum coquina sua transeunt portantes supra capita sua ignem ardentem, ollas bullientes et carnes in verubus assantes, hoc sepenumero vidimus oculis nostris.

Die XV Octobris domi mansimus quiescentes et quia mercatores quidam veneciani qui in Chayro erant avisatos nos fecerant ut

Digitized by Google

celerius inde recederemus, instetimus apud patronum et hospitem nostrum trutzelmannum humiliter deprecantes ut nos quantotius in Alexandriam conduceret antequam naves venetorum inde abirent. Habent namque veneti semper unum ex suis in Chayro qui et consul vocatur, qui pro defensione mercatorum in Alexandria et mercantium apud Soldanum laborat.

Die vero XVI Octobris que erat festum sancti Galli cum esset eclipsis lune Sarraceni ululatu et clamore ingenti omnes excitabant ad supertitiones exercendas quibus tempore eclipsis solis aut lune studiosius intendunt. Facto mane castrum Domini Soldani cum trutzelmanno nostro intravimus ubi mirabilem ordinem et numerum maximum servorum Soldani vidimus, multitudinem etiam ingentem equorum et stabula grandia et habitacula magna, de quibus omnibus tediosum esset scribere et forte etiam creditu difficile. Ibi primum vetus illud palatium hodie desolatum nobis fuit ostensum, quod quondam greci inhabitabant tempore Mahumeti exstructum fortissimis muris et edificiis ut ruine demonstrant.

Inde in aliud castrum quod Soldanus inhabitat processimus, ubi per duodecim portas ferreas ingredi oportet antequam ad Soldanum veniatur. Per has introducti ipsum in throno regis vidimus residentem in vestitu candido et plurimos mammalucos in ordine suo cum multo silentio reverenter ipsum circumstantes. Ibi etiam plures antiqui graves et maturi viri circa ipsum astabant; post modicam horam egrediente trutzelmanno nostro et nos castrum exeuntes venimus in latissimam quandam plateam sive forum amplum valde ubi cameli, asini et equi venduntur quorum tunc maxima copia erat, aderantque plurimi ex mammalucis qui equos venales contemplantur. Tandem cum labore domum reversi quidam ex nostris facto prandio balnea intraverunt. Sunt nempe preciosa et polita estuaria illis in regionibus et civitatibus. Ex vario marmore facta, servicia etiam Sarracenorum balneatorum satis sunt studiosa, habentque mirabilem modum ad rectificandum membra balneantium.

Quidam vero ex nostris sociis vagantes per civitatem in domum quamdam fuerunt adducti in qua grandis fornax stabat plures habens concavitates in quas certo tempore tria aut quatuor millia ponuntur ova gallinarum, ancarum, anserum et columbarum et

Digitized by Google

fimo cooperiuntur carbonesque in debita proportione fornaci imponuntur ex quorum ardore ova calescunt et vitella vivere mox ac pulli crescere paulatim incipiunt et ita absque incubatione matrum excubantur simulque sub manu pastoris ad pascua ducuntur ut oves vel ad forum ut ibi vendantur. Et quamvis id ficticium videri possit, tamen revera ita sesse habet, nimirum animalia illa que humana arte et industria excubantur disciplinabiliora sunt his que secundum naturam sue speciei generantur, sequuntur enim homines sicut pulli suas matres.

Sequenti biduo ad recessum nos parabamus et interdum ad videndum rara et mira hinc hinde vagabamur. Qui vero ex nostris Soldanum prius non viderant illo in tempore viderunt. Porro die XIX Octobris que erat dominica XXI post octavas Trinitatis convenientibus nobis in unum ut missam in loco solito audiremus, ecce due uxores trutzelmanni ut misse interessent advenerunt ad quarum presentiam dum trepidaremus quod paganas reputavimus dixerunt se esse christianas de ecclesia catholica nec nisi in fide nostra se mori velle affirmabant et ita nobiscum missam pariter audierunt. Porro peracto prandio rebus omnibus dispositis ad recessum bursas nostras aperientes pro hospitio, pro familia proque navi conducta, pro asinis et equis qui nos cum rebus nostris ad Nylum deducerent pecunias exposuimus non paucas. Quo facto precedente trutzelmanno per medium Chayri processimus in asinis cum sarcinulis nostris contra Nylum, qua in via irrisiones iterum et contumelias atque etiam percussiones sustinuimus non paucas. At ubi ad portum Nyli applicuimus et paratum ingressi fuissemus navem trutzelmannus Chayrinus ad propria rediens nobis valedixit et quemdam alium sarracenum dolosum in locum suum surrogavit, qui nos in Alexandriam usque conduceret.

DE TRANSITU EX CHAYRO PER NYLUM VERSUS ALEXANDRIAM

Itaque navigantes per Nylum bidui spatio venimus lento satis cursu ad civitatem cui nomen Rossetum. Inter navigandum autem pertransito oppido quod Voy vocatur ab inde usque Rossetum circumspicientes delectabiles, pulchras et fertiles valde ad dexteram

Digitized by Google

et levam vidimus regiones, habentes ab una parte Asiam, ab alia Africam. Nylus enim has duas mundi ab invicem partes secernit. Oppida etiam amena et villas multas vidimus terrasque ortis, agris et viridariis amenissimas exornatas, in quibus cannemelle, dactili et alii fructus multifarii crescunt quorum similes omnibus illis in terris non vidimus usque. Verum hec amenitas et ubertas tantum in illis erat terris circumjacentibus quas Nylus extra alveum suum effluens perfundere poterat et irrigare, reliqua vero terra ab utraque parte arenosa erat sterilis et deserta.

Habuimus etiam multas naves obviam que de Alexandria in Chayrum pergebant et he a Sarracenis funibus sursum per Nylum trahebantur, quemadmodum naves ex Colonia per Rhenum equis maguntiani trahunt. Alique etiam naves speciebus aromaticis onuste nos comitabantur, vidimus etiam in flumine Nyli plurimos crocodillos qui bestiis, piscibus et hominibus insidiantur erantque aliqui grossi valde et longi ad staturam hominum duorum pertingentes. Aliqui etiam majores alii vero minores habentque bestie ille sordidos et horribiles aspectus, corpus vero durissimis squamis undique compactum atque contectum, in modum thoracis quarum forme sive figure alias lacertis in capite presertim caudisque pedibus assimilantur. Nusquam reperiuntur alibi nisi in isto flumine sub Chayro et non supra. Verum etiam in mari Galilee aliquando inveniuntur sicut et plerique alii pisces in isto flumine abundant quorum similes prefatum mare Galilee habet qui in nulla alia reperiuntur aqua. Unde nonnulli opinantur quod congregatio aquarum dicti maris Galilee partim ex Nylo effluat per occultos terre meatus. Solent naute captis crocodillis pelles detrahere et easdem desiccatas mercatoribus vendere qui eas in longinquas ducentes terras pelles falso asserunt esse draconum.

Die itaque XXII octobris illuscescente in ipsum portum Rosseti applicuimus nec ultra ducuntur peregrini navigio per Nylum nisi usque huc ut communiter et abhinc in camelis et asinis Alexandriam advehuntur. Quod ideo fieri didicimus ne christiani ostia Nyli principalia per que influit in mare possint explorare aut invenire. Nam his cognitis et compertis a mari magno naves in Nylum possent inducere et ita Egypto nocumenta inferre. Porro antequam res nostras de navi deponeremus

Digitized by Google

intelleximus quod omnes asini et camelli illius oppidi ad quemdam usum necessarium illo die fuissent assumpti quo fiebat quod nobis nequaquam servire poterant nisi in crastino dicebaturque nobis quod si die illo tederet ibi nos manere aliam possemus conducere navim et inde usque in mare descendere et tandem de mari res nostras Alexandriam inferre, quod cum nobis placuisset conducta navi alia et sarcinis nostris transpositis de priori in eam magnis clamoribus nauclerus prior impetiit naulum postulans sibi solvi XXIIII scilicet ducatos quod tamen trutzelmanno Chayrino antea exsolveramus. Sed nauclerus constanter affirmabat nil inde se accepisse unde breviter ut inde recedere et abire possemus naulum denuo solvere oportebat, nec est enim ibi christiano peregrino locus vel opportunitas justitiam invocandi vel ad judices recurrendi. Nimirum priusquam contra nequissimum illum trutzelmannum Chayrinum jure processissemus omnen nostram substantiam exposuissemus imo et in periculo vite nostre fuissemus non parvo ob ejus tum potentiam tum fraudem.

Igitur redempti a vexa per datas pecunias per aliud Nyli bracchium descendimus innumeris laboribus remorum tractu et funium in mare cursu ultra modum tardo et lento. Inter hec quidam sarracenus per densum lutum cum lancea ad litus veniens procedere nos prohibebat nisi quilibet nostrum unum sibi madinum dedisset. Faciunt autem XXV madini unum ducatum; datis madinis rursum in litore multum prospeximus populum confluxisse et multa hominum tentoria sicut sepe antea per desertum videramus. Erant autem arabes qui accurrentes funes ex manibus trahentium navim rapiebant nosque ad litus tractos compellebant iterum aperire bursas dicentes sui juris esse quod quicumque eos transiret aut sponte propria aliquid eis exhiberet aut certe vi eum spoliarent etiam si Soldanus ipse transiret. Asserunt enim Arabes se ideo omnium esse nobilissimos quod spoliis duntaxat vivunt et in solitudine morantur, nec civitatem nec villam nec domum ullam habentes sed cum tentoriis de loco ad locum transmigrantes.

Ipsis sic muneribus compositis in quamdam venimus planitiem ubi Nylus ex utraque parte alveum suum egressus totam terre superficiem ita operuerat ut quasi mare videretur quo accidit

Digitized by Google

quod naucleri pro latitudine et effluentia aque confusi verum Nyli alveum perdiderunt a quo longius projecti in tenuem devenientes aquam in incertum ferebantur quousque navis terre limoque infixa mansit immobilis stans aliquandiu donec naucleri in aquam descendentes maximo cum labore navim a loco propulerunt, quo facto iterum infixa humo stetit, unde modo simili amota tandem immobiliter terre adhesit, nec aliquo inde poterat labore evelli quo nostro periculo aliarum navium naucleri cautiores facti a via ista nostra diverterunt. Porro usque ad solis occubitum ibi manentes non parvam die illa et nocte sequenti miseriam patiebamur, nullum coctum cibum sed panem duntaxat paximacium vescentes et bibentes aquam turbidam ex Nylo in mediis fluctibus diem illam et noctem agentes.

In crastino vero divo munere vento afflante secundiore impletis velis inde fuimus erepti et ita usque ad ostium quoddam privatum arte factum per quod Nylus influit in mare repente ejecti. Cumque jam pene in litus venissemus Alexandrinum iterum novas exponere pecunias et dare naucleris cogebamur, de quibus in conventione cum eis mentio nulla fuerat facta. Tandem ex navi in terram descendentes res nostras et sarcinas in singularem reposuimus locum eo quod super litus maris multa substantia de speciebus aromaticis erat constituta, et sarraceni circa eas et camelarii cum camelis res ipsas in Alexandriam ducturi que adhuc ad tria milliaria germanica distabat non parva. Porro contentio magna inter camelarios erat, quis eorum prior suis inveniret res camelis imponendas. Pari modo de rebus nostris accidit ferendis. Igitur a mari procedentes versus Alexandriam fertilissima montana palmis repleta habuimus ad dexteram, ad sinistram autem latissimum campum in quo salis fontes sive saline extant. Omnis namque aqua tempore inundationis Nyli et excrescentie maris in sal sapidissimum solis fervore decoquitur. Unde et regio illa tota est alba quia sale undique respersa.

Acceleravimus itaque iter eo quod fame et siti, vigiliis et laboribus affecti, quippe qui triduo absque coctis cibariis fueramus; ipso eodem sero Alexandriam ingredi sperabamus. Vidimus autem in processu multas veteres structuras sive ruinas, quasi grandis aliqua civitas olim ibi stetisset, venimusque ad quemdam clivum

Digitized by Google

per cujus crepidinem cum ascendimus, gloriosam civitatem Alexandriam sub oculis habebamus, mare magno pro parte una cinctam, pro alia amenissimis et fertillissimis ortis circumseptam. Est enim ubera satis gleba, que suo tempore fecunda Nyli aqua irrigatur: ibi crescunt musi fructus scilicet dulcissimi quorum similes vidimus in orto balsami in maxima copia, ita et alii fructus varii de pomerantiis lemoniis dactilis cassia citrinis ficubus et hujusmodi; sed pira vel poma ibi crescunt nulla. Sunt etiam in illis viridariis habitacula hominum pulcherrima pro hominum recreatione facta.

Ibi aves capiuntur quedam candide et albissime que merule nuncupantur. Ibi et leopardi inveniuntur quos arabes adhuc parvos capiunt et vendunt unum pro ducato. Igitur cum ad urbem ipsam venissemus portam primam perquam intrare volebamus sarraceni clauserunt atque nos per totam civitatis latitudinem supra fossata civitatis circuire coegerunt et id pedestres et cum longo et tedioso ambitu ad aliam venissemus portam crudelem reperimus exactorem qui de hominibus, camelis et asinis vectigal grave exigebat, quo soluto intromissi per primam portam altam et magnam ferreis seris et januis firmatam putabamus nos in pace usque ad hospitium perventuros, processimus ergo inter altos muros et fortes et ad aliam portam venimus ferream et grandem quam multi sarraceni circumstabant cumque intrare cum bestiis nostris contenderemus, fustibus nos retrorsum abegerunt, moxque currentes aliqui primi etiam portam seris et repagulis recluserant et reversi etiam hanc secundam claudentes nos in medio stare dimiserunt atque ita conclusi inter duas portas altissimis muris et turribus circumsepti sedentes paximates nostros comedebamus, et aquam que cara et modica nobis erat potabamus, nec aliud quidpiam etiam hac vice habere poteramus.

Porro nocte illa plerique ex nostris conperegrinis murum exteriorem ascendentes fortalitia et fossata per circumitum contemplabantur, qui nunquam se pulchriorem aut melius munitam civitatem decoris menibus et firmis altisque muris et turribus vidisse affirmabant, ab intus autem non civitas, sed pene acervus lapidum videtur plena ruinis et desolationibus. Cum autem illuxisset apertis portis pro trutzelmanno nostro Alexandrino

Digitized by Google

nuntium misimus rogantes ut quantotius adveniens nos introduceret; qui cum venisset literam quam a Soladano acceperamus ei dedimus dominis in porta residentibus exhibendam; quam acceptam osculato reverenter sigillo legerunt, lecta vero littera incipientes a nobilioribus peregrinis unum post alium nudantes vestibus perquisierunt, inter quos Dominus Johannes de Solms primus fuit sic perscrutatus, deinde alii per ordinem. Quidquid autem de pecunia et aliis rebus venalibus apud nos in sportis et saccis invenerunt in locum unum seorsum deposuerunt et cum omnia et singula exacte perscrutati fuissent secundum rerum proportionem pedagium acceperunt, clericos et religiosos immunes et absque theloneo transire permittentes. Nam quidquid infertur vel effertur decimus de eo denarius exigitur et nemini in hoc ulla fit gratia.

Ingressi ergo civitatem cum tam miserabiles undique cerneremus ruinas obstupuimus admirantes vehementer quod tam miseram civitatem circumdarent muri tam firmi et decori. Ducti ita in curiam regis Sicilie que est fonticus cathaloniorum ab ipso curie inhabitatore qui consul cathaloniorum cognominatur humaniter et benigne fuimus suscepti, assignatisque cameris res nostras intulimus in eas. Est autem fonticus domus grandis in qua et negociatores et merces eorum conservantur ubi et forum rerum venalium habetur. Quamvis enim et veneti in Alexandria duos habent fonticos et Ianuenses unum, peregrini tamen abolim in fontico Cathaloniorum se recipere consueverunt. Nam et ab ejusdem fontici consule proteguntur trutzelmanno Alexandrino sibi auxilium ferente. Mox rebus collocatis peregrini nobiles, conspicui, Admiraldi, id est prefecti civitatis presentandi per trutzelmannum ipsum Alexandrinum conducebantur, quos ille pacifice susceptos, benigneque allocutos singulorum nomina exquirens, in cartha jussit conscribi, sicque ad sua redire loca permisit.

Porro quidam ex nostris conperegrinis facta conventione cum consule Cathaloniorum commensales ejus fuerunt, cibo et potu perparco utentes apud eumdem qui tamen non nisi argenteis vasis inferebatur. Alii vero cum Domino de Solms in sua manserunt camera edentes et bibentes juxta votum et placitum ipsorum.

Altera die que fuit XXV octobris post auditam missam in

Digitized by Google

capella curie memorate que capellanum habebat sacerdotem religiosum de ordine predicatorum clamor magnus et tumultus strepitusque populorum insonuit juxta mare, unde exterriti in altiora conscendimus curie loca, inde perspecturi quidnam esset. Et vidimus fustes et grippas cum armatis navibus applicare in portum, quem intrantes bombardarum fragoribus et clangoribus tubarum populorumque clamoribus aerem replebant. Erant autem Sarraceni quemdam prepotentem de Africa sarracenum conducentes qui in Mecham sepulchrum Mahumeti visitaturus peregrinabatur. In mari autem existentes idem sarraceni inventam navem cum XIII Christianis rapuerunt, rebusque inter se divisis ipsos Christianos Alexandriam vendendos adducebant. Ipsos vero sarracenos cum ad litus applicuissent mammaluci Alexandrini et cives armis decorati de civitate exeuntes honorifice susceperunt et cum pompa magna ac multis clamoribus civitatem introduxerunt cum spolio prefato.

Die XXVI Octobris que fuit Dominica XXII post octavas Trinitatis audita missa sumptoque prandio domi mansimus quiescentes neque enim adhuc secure tuteque exire poteramus, eo quod trutzelmannus Alexandrinus (cui quam tenebamur pecuniam nondum exsolveramus) debitam nobis necdum prestitit tutelam. Qua videlicet pecunia soluta (magna satis) in crastino nos ad portam duxit civitatis que ducit ad mare et dominis qui in porta sedebant nos exhibens, intrandi et exeundi quotiens liberet nobis indulsit libertatem.

Sequenti die que fuit Symonis et Jude post divina celebrata, in eum ducti fuimus locum ubi quondam erat carcer et adhuc est, in quo inclita virgo et martyr Sancta Katherina exspoliata et scorpionibus prius cesa diebus duodecim sine cibo et potu mansit clausa fame et siti crucianda, sed Dominus cibum ei per columbam ministravit. In quo etiam loco regina et Porphirius miles angelorum viderunt exercitum circa martyrem eam consolantes et ad tolerantiam martyrii animantes ut habetur in ejus legenda. In hunc sanctum locum post multos rogatus fuimus introducti et vidimus ante dictum carcerem duas marmoreas stare columnas satis eminentes, ab invicem passibus XII segregatas, super quas horribiles rote seu machine fuerant locate et posite quibus virgo ipsa

Digitized by Google

speciosa debuit discindi frustatim ; sed ea orante confracte sunt et quasi quatuor millia gentilium inde necati. Eodem etiam in loco quinquaginta illi rethores qui de diversis vocati provinciis illo convenerunt in omni sapientia eruditi cum Katherina coram Cesare disputatorio certamine pugnaturi, quos virgo ipsa sacra maxima in labiis ejus diffusa gratia adeo devicit ut et responsis deficerent et se convertendos ad Christum apertis vocibus exclamarent. Cesar ipse furibundus igne fecit cremari, sed vestibus eorum et capillis illesis multi crediderunt in Christum.

Inde transeuntes venimus in locum ubi aula Alexandri magni ferebatur stetisse, nam hodie in signum et memoriam ejus stat ibi mire altitudinis et latitudinis columna ex lapide uno preciosa, capitellum habens acutum que procul cernentibus quasi turris alta apparet. Est autem coloris rubei multis caracteribus inscripta, qui veterum littere fuisse perhibetur major multo et altior illa columna que Rhome ad sanctum Petrum hodie stat quam dicunt olim ex Alexandria juxta illam fuisse collocatam et inde Rhomam translatam. Est et alia foris Alexandriam altissima columna quam Pompeianam nominant, quia eam Pompeius in sui memoriam fieri fecit, quam etiam vidimus in ingressu civitatis.

Inde progredientes venimus ad ecclesiam ad sanctum Sabbam appellatam edificatam in eo loco ubi virgo sancta Katherina ante passionem suam in curia morabatur regali, familiam suam defuncto patre Costo rege cui unica erat gubernans. Hanc ecclesiam greci monachi inhabitant.

Locus autem ubi martyr Christi Katherina fuit decollata hodie monstratur extra urbem Alexandrinam. Suntque ibi due marmoree columne magne in ejus memoriam quondam erecte fuitque ex eo loco corpus ejus virgineum angelicis manibus in montem Synai transportatum. Hic locus tempore passionis et martyrii sacre virginis fuit intra civitatem Alexandrinam que tunc temporis multo major et latior fuit atque gloriosior quam nunc sit. Est insuper in ipsa urbe ecclesia ad sanctum Marcum dicta, quam Jacobite inhabitant in eo loco constructa ubi ipse sanctus evangelista perhibetur habitasse et sepenumero divina ibi officia celebrasse. Quamquam enim pro sua humilitate pollicem sibi absciderit ut sacerdotio reprobus haberetur tamen Dei prevalente judicio et

Digitized by Google

auctoritate Petri Alexandrie est episcopus ordinatus. Hoc in loco missam in Pascha celebrans fune in collo ejus misso tractus est per civitatem istam gratias agens Deo. Inde reclusus in carcerem a Christo Jesu et angelis sibi apparentibus confortatus cum postera die iterum ad collum ejus funem ligarent ac per civitatem traherent ait: In manus tuas Domine, commendo spiritum meum et ita spiritum reddidit creatori. Hoc in loco a veris religiosis sepultus primum fuit, sed postmodum apud Venetias est translatus. Est et alia ecclesia Jacobitarum in Alexandria que ad sanctum Michaelem dicitur in qua est sepultura peregrinorum christianorum qui ibi manentes debitum carnis exsolvunt. Nam et Dominus Johannes comes de Solms dominus in Mintzenberg junior et nobilior inter nos comperegrinos dissenteria vexatus cum diem ibi clausisset extremum, omnibus devotissime susceptis sacramentis hac in ecclesia fuit tumulatus. Cujus transitus et mors profecto merori et luctui multo fuit.

Ostenditur quoque Alexandrie locus in quo sanctus Johannes Eleemosinarius quondam patriarcha alexandrinus martyrium suscepit in confessione vere fidei prosistens ut in ejus legenda habetur. Sunt preterea in quatuor fonticis Christianorum in Alexandria pulchre quedam et ornate capelle capellanos habentes latinos vel religiosos presbyteros vel seculares quas inter manendum sepius visitavimus. Porro his diebus quibus Alexandrie fuimus multe naves, galee et fustes in portum applicuerunt, multeque fiebant depredationes. Nam veneti navem unam onerariam neapolitanam que Alexandriam properabat spoliaverunt eo quod tunc temporis graves inter eos et regem Neapolitanum inimicitie et guerre versabantur.

Advenit etiam illis diebus galea quedam Christianorum de transmarinis partibus in qua Alemani quidam erant qui et dixerunt nihil aliud in sua habere galea nisi nuces avellanas in valore X millia ducatorum, que in orientalibus non crescunt terris et proinde care illic habentur. Fertur quod ultra centum annos ibi sint durabiles, ita quod nec marcescunt nec tabescunt nec vermibus corroduntur, quibus tamen defectibus apud nos ultra unum servate annum subjacere noscuntur. Illis etiam diebus videntes Alexandrini qui per mare vagabantur navem alienam portui applicare et eam

Digitized by Google

expugnantes ceperunt captamque introduxerunt in portum victores spolia inter se distribuentes more piratarum. Nisi enim naves Alexandriam applicare volentes potenter sint armate ab ipsis Alexandrinis antequam in portum venerint spoliantur, quem cum intraverint secure sunt quandiu steterint in eo. Grandis etenim est sarracenis cura pro custodia portus illius, unde et duos qui intra civitatem habentur montes, qui hominum manibus facti sunt assidue conscendunt ut maria contemplentur longe lateque inde prospicientes si qua videant vela que mox ubi viderint Amiraldo denuntiant qui cursoriam emittens naviculam de conditione inquirit adventantium. Et quidquid forte creditu sit difficile tamen omnino ita sesse habet quod narrabo. Ipse Admiraldus semper apud se quasdam disciplinatas habet columbas sic edoctas ut quocumque perrexerint inde in ipsius amiraldi curiam revertantur. Earum duas aut tres naucleri emissi in occursum navium secum recipientes educunt per mare usque ad locum in quo adventantes possunt explorare, ubi mox conscriptam cedulam continentem que scitu necessaria sunt ad collum suspendunt unius columbe, eamque sinunt avolare, que continuo volatu ad mensam usque amiraldi cedulam afferens quales sint venientes indicat. Quodsi post primam emissam columbam aliud quidpiam amiraldo fuerit significandum mox secundam emittunt columbam vel etiam tertiam si necesse fuerit, et ita longe antequam naves portum intrent amiraldus de eis est edoctus, dicitur etiam quod alias habet columbas quas usque in Chayrum transmittit ad Soldanum tempore quo aliquod repentinum et arduum inciderit negotium sibi necessario significandum. Porro si naucleri ab ipso amiraldo missi navium conditiones investigare nequiverint, hoc ipsum per columbas sibi renuntiant qui statim armatas mittit fustes tradens in mandatis ut advenientes invadant, depredentur et spolient, quod et faciunt nisi eos invenerint fortiores ut dictum est jam supra.

Die tandem XXIX ad loca civitatis videnda hinc inde evagantes, merces presertim consideravimus fonticorum qui omnes pleni mercibus erant preter solum fonticum Cathaloniorum in quo nihil aliud nisi quidam sevissimus jacebat leopardus fune ligatus.

Preterea sarraceni et christiani passim in eo pariterque comedebant et bibelant. Januensium vero fonticus domus utique pulchra

Digitized by Google

et magna erat et multi negotiatores et merces pretiose in ea. Inde ambos venetorum perlustravimus fonticos et preter merces quas ibi reperimus copiosas vidimus strutiones in eis grandes incedere que ferrum sibi projectum comedebant. Porcum etiam ibi veneti nutriebant quem solum et unicum in transmarinis partibus illic conspeximus. Multo enim magis sarraceni abhominantur porcos quam Judei, qui nec illum unum paterentur vivere nisi ad preces venetorum, Soldanus ei vitam indulsisset. Demun Turcorum intravimus fonticum in quo negotiantium multus erat tumultus, sic et in fontico Maurorum et Ethiopum, sic et in fontico Tartarorum ubi preter cetera nobillissimas res id est homines vilissimo pretio vidimus venales utriusque sexus juvenes et juvenculas, pueros et puellas, mulieres etiam quasdam que parvulos habebant ad ubera pendentes qui omnes ibi sui expectabant venditionem et vilissime tractantur et turpissime dum ab emptoribus probantur sanine sint aut egri, valentes aut invalidi etc. Denudantur etiam puelle et currere atque saltare coguntur, et hunc in modum varie exquiruntur an sint sine defectu vel non etc. Singulis autem noctibus omnes fontici per sarracenos a foris clauduntur ne quis ingredi possit vel egredi, sed et his diebus ipsi in muschkeis congregantur et quando precipuas habent solemnitates nec sunt in Alexandria domus ulle dictis fonticis pulchriores et ornatiores. His perspectis ad mare accessimus ubi magnus erat hominum conventus circa mercatores qui species aromaticas saccis imponebant. Siquidem dum in camelis species ad mare de fonticis educuntur navibus inferende, sarracenorum officiales stantes in litore saccos evacuant perscrutantes ne forte aliquid pretiosum inter species absconditum efferatur. Cumque ita circa species laboratur pauperes et inopes multi adcurrunt ea que manus fugerint imponentium raptim colligentes et que furtim auferunt mox in via sedentes vendunt.

Die vero XXX octobris due quedam alie venetiane galee venientes de Africa quas galeas de Trassico cognominant portui applicuere Alexandrino pari modo ibi onerande sicut et ille quatuor que ibi erant jam onerate. Eodem die tractare cepimus et convenire cum galearum patronis super nostro cum eis recessu et pro certo duriores eos nobis reperimus quam sarracenos. Nam

Digitized by Google

quum sciebant nos cum eis oportere recedere, multum nimis et insolitum a nobis naulum exigebant. Factumque est ut in ipsa conventione peregrinorum societates ab invicem solverentur, illis in istam galeam aliis in aliam se recipientibus, nos vero in galea domini capitanei et domini consulis venetorum esse maluimus cujus galee patronus erat dominus Sebastianus Contireni, contulerunt se quoque ad nos dominus Joannes archidiaconus Transilvianus de Ungaria et frater Felix ordinis predicatorum de Ulma lector. Conventione autem facta pluribus adhuc mansimus Alexandrie diebus inviti tamen et coacti galearum expeditionem prestolantes, quo in tempore dominus de Solms ut supra memini rebus excessit humanis, cujus sepulture et funeri debitam et opportunam operam impendimus, planctum amarum facientes super eum. Obiit autem in noctc ipsa que diem precedebat omnium Sanctorum.

Quo mortuo in eam quam conduximus secessimus galeam, Alexandriam ulterius deinceps non ingredientes saltem ad manendum, sed in galea dormivimus manducantes et bibentes cum patrono. Persuasum siquidem nobis erat ut octo vel decem diebus ante galearum recessum clandestine eas ingrederemur atque res nostras non simul et semel, sed per partes et diversis temporibus educeremus, quod per singulas custodias sarraceni de omnibus rebus et personis grave exigunt pedagium sive theloneum decimum denarium de centesimo juxta suum compotum recipientes. Sunt autem tres custodie inter mare et civitatem: quarum prima est circa portam inferiorem que ducit in urbem; secunda vero longe ab ea in exteriori porta que ducit ad mare inter muros civitatis; tertia autem est in litore maris. In his omnibus officiales Soldani omnes tam intrantes quam exeuntes diligenter examinant et perscrutantur et potissimum mercatores et merces eorum. Ego vero auxilio trutzelmanni nostri Alexandrini cui non paucos propinavi ducatos, obtinui quod res mee per dictas custodias sine perscrutatione fuerunt educte.

Porro die tertia novembris ad jussum capitanei galea nostra in altum fuit ducta secus novum castellum, quia jam naves parate erant ad recessum, unde omnes peregrini consocii nostri galeas, que omnes jussu et nutu suo ex ordine nostre conjungebantur,

Digitized by Google

juxta dictum castrum quod profecto egregium et forte portum concludens muniensque Alexandrinum. Est enim portus ille multum scopulosus et per scopulos a litore usque in mare murus multis turribus preclarus et munitus est deductus atque in extremitatibus scopulorum et muri illius castrum est exstructum prefatum in mari, quod modernus Soldanus fieri fecit consilio et industria usus cujusdam mammaluci alemani ex Oppenheim diocesis Maguntine natus qui jampridem relicto pagamismo ad sancte matris Ecclesie sinum reversus est locuples et predives.

In portum illum nulla potest ingredi navis nisi castro huic loco Soldani reverentiam exhibeat velum remittendo. Verum cum in loco illo consisteremus diebus quatuordecim ibi mansimus longissimas habentes horas et tedio gravissimo affecti, omni quasi momento galearum transitum exspectantes, quo in tempore multis fuerunt vexati molestiis galearum patroni, et unus etiam eorum graviter vulneratus a sarracenis multaque eis evenerunt incommoda, qui post galee eductionem a terra in altum denuo civitatem intraverunt. Illis etiam diebus schisma fuit inter patronos aliis recedere volentibus, aliis adhuc manere amplius contendentibus, et nisi dominus capitaneus sequestrum se et medium interposuisset, ab invicem fuissent divisi. Obstitit enim nec voluit ut quisquam recederet donec omnes et singuli expediti essent ad plenum.

Igitur cum dies quintadecima novembris advenisset omnibus ad recessum preparatis prospero flante vento, solutis navibus, levatis anchoris expansisque velis extra portum evecti Alexandrinam postergavimus civitatem subtracto litore ab oculis nostris itaque in crastino longius evecti nullam prorsus vidimus terram undique circumdati mari.

Digitized by Google

Digitized by Google

INSCRIPTION TROUVÉE A MATARIEH EN 1902.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LES SAINTES PÉRÉGRINATIONS

DE BERNARD DE BREYDENBACH

(1483)

PARTIE RELATIVE A L'ÉGYPTE. — (*Folio 88.*)

Après que nous eûmes quitté ces régions montagneuses, nous aperçûmes une grande nappe d'eau semblable à une mer, puis une ville et une terre très fertile, plantée d'oliviers, de palmiers et d'autres arbres: c'étaient les eaux du très célèbre fleuve du paradis, le Gyon (1), appelé actuellement le Nil, celui qui féconde toute l'Egypte, comme il apparaîtra par la suite. Nous nous dirigeâmes du côté de ces eaux et nous arrivâmes à la campagne dite Matarieh (2), où se trouve le jardin du baume. On nous introduisit avec tous nos effets dans la maison où coule la source de la Bienheureuse Vierge, dont les eaux arrosent le jardin du baume attenant à la maison. Après avoir remisé nos bagages, nous renvoyâmes nos chameaux et nos chameliers que nous n'avions engagés que jusqu'à cet endroit. Cela fait, nous dépêchâmes au Caire, distant de Matarieh d'environ deux milles germaniques, un messager pour informer le trucheman de notre venue et le prier de nous rejoindre pour nous introduire dans la ville ; sans sa protection, chrétiens et juifs ne pourraient en paix et sécurité pénétrer dans cette très puissante place. Dès qu'il fut informé, il vint à

---

(1) Géhon, hébreu Gihôn, *Septante* Γεὼν *Genèse*, II, 13, et *Eccli* XXIV, 37.

(2) « Une des curiosités les plus remarquables de l'Egypte au Moyen-Age, était la ferme de Matarea, avec son jardin planté de baumiers et arrosé par une source miraculeuse, objet de vénération chez les chrétiens comme chez les Mahométans. Suivant la légende, la Vierge Marie y avait pris un moment de repos avec l'enfant Jésus pendant la fuite en Egypte ; aussi pas un de ses nombreux pèlerins, qui se rendaient en Terre-Sainte par l'Egypte et la presqu'île du Sinaï n'eût-il manqué de s'y arrêter en passant ». *Histoire du Commerce du Levant au Moyen-Age*, par W. HEYD, édit. franç., tome II, page 575.

A la page 73 de son ouvrage *L'Arbre de la Vierge à Matarieh* 4e éd., le P. M. Jullien S. J. donne une liste de 30 des plus célèbres pèlerins qui ont visité Matarieh et ont laissé des relations de leurs voyages ; la liste ne prétend pas être complète.

Digitized by Google

nous avec une grande escorte et voulut nous conduire de suite à Babylone. Mais le charme rare de l'endroit où nous étions, nous fit solliciter d'y demeurer jusqu'au lendemain. Après l'horreur de l'immense solitude et l'aridité des déserts, nous étions ravis par la fraîcheur de ces jardins délicieux et par la fertilité du sol ; à l'exception du vin, nous pûmes nous y procurer tout ce que nous pouvions désirer, surtout une eau douce, fraîche et pure que nous avions si rarement trouvée. Le trucheman accéda à notre désir, mais à la condition toutefois d'emmener avec lui un des familiers de nos seigneurs, le nommé Conrad, joueur de luth, et la cause en était que le trucheman touchait lui-même avec art de cet instrument. Nous consentîmes volontiers, trop heureux de demeurer selon notre souhait. Là, tout près de nous, il y avait cette source unique où l'on dit que burent la glorieuse Vierge, et Jésus source de piété, et Joseph modèle de vertu. Une antique tradition des Pères rapporte, en effet, que Joseph fuyant sur l'ordre de l'ange la terre d'Israël était parvenu en ce lieu. Il s'en allait de maison en maison, demandant de l'eau pour boire, et personne ne lui en donnait. Alors, fatiguée du voyage, la Vierge choisit cet endroit pour s'y reposer avec l'enfant Jésus sous la protection de Joseph. Comme ils étaient dévorés de soif, voilà que la source dont j'ai parlé, coula à côté de la Vierge ; ils en burent et furent désaltérés. Il jaillit de cette source une eau si excellente que là se trouve le jardin de baume[1] que la vertu fécondante de ces eaux peut seule

---

[1] Dans le tome II de son *Histoire du Commerce du Levant*, M. W. HEYD consacre des pages très savantes au baume ; voir pages 575-580.

Voir aussi *Abdallatif*, édition de SACY, page 93 et s.

« Superioribus etiam annis celebris erat balsami plantis, quae modo Othomannorum jussu translatae sunt ad urbem Mecchensem et praeter numero septem arbusculas, quae in Proregis viridario summa diligentia adservantur, nulla in universo Ægypti regno inveniuntur. » GABR. SIONITA, *Urbes et Mores Orient*, page 47, éd. in 32 s. d.

D'après certains auteurs le dernier baumier disparut de Matarieh en 1615 par une inondation du Nil.

NIEBUHR, *Voyage en Arabie*, t. I, page 204, parle du baume de la Mecque. « Ces arbustes avaient déjà beaucoup souffert dans les luttes qui suivirent la mort de Quaitbay. Les baumiers furent arrachés, les roues hydrauliques servant à l'arrosage du jardin brisées, et les bœufs qui les mettent en mouvement, enlevés. J'ai vu de mes yeux ces dégâts, et d'ici à dix ans, il n'y aura point de récolte de baume. » *Voyage d'Arnold de Harff* (1496-1499) cité par CH. SCHEFER, *Le Voyage d'Outremer de Jehan Thénaud...*, page 38.

Digitized by Google

faire croître dans le monde entier. Les anciens historiens païens racontent bien que le baumier fut d'abord cultivé dans les montagnes d'Engaddi et que Cléopâtre, reine d'Egypte, en fit transplanter à Matarieh ; toutefois c'est un fait certain et souvent corroboré par de nombreuses expériences, que si des rameaux de baumier pris à ce jardin sont plantés ailleurs, ils s'étiolent bientôt et meurent. Ils ne prospèrent que s'ils sont arrosés de cette eau, si elle manque, ils dépérissent. Un souverain pontife, plusieurs sultans, au cours des siècles, ont essayé de transplanter ailleurs le baumier, mais leur essai fut toujours vain ; l'eau de cette seule fontaine fait croître et fleurir le baumier. Les Sarrasins ont creusé autour de la source un grand puits ; quatre bœufs en tirent l'eau ; pour avoir un arrosage plus abondant, ils répandaient cette eau vers les baumiers en la conduisant directement au moyen de rigoles ; mais bientôt les jeunes pousses perdaient de leur vigueur et ils furent contraints de conduire les eaux du puits dans la source de la Vierge Marie puis l'envoyer ensuite au jardin ; les eaux ainsi mêlées devenaient fertilisantes, et c'est de la sorte qu'on fait encore aujourd'hui.

Le lendemain matin, nous célébrâmes près de la source la messe solennelle de la Glorieuse Vierge ; après la messe, nous déjeunâmes de ce que nous avions et nous bûmes avec délices de cette eau. Et même quelques-uns des nôtres se plongèrent plusieurs fois dans la fontaine, espérant y trouver de nouvelles forces. Les Sarrasins y font fréquemment leurs grandes ablutions. La maison où nous avions été introduits était spacieuse et pleine de charmes. Le jardin de baume sur lequel donnaient nos fenêtres remplissait nos appartements des plus suaves et des plus merveilleuses senteurs. Après quelques heures arriva notre trucheman, selon qu'il était convenu, pour nous conduire à Babylone. Nous le priâmes en lui donnant une forte somme, de nous permettre, avant le départ, d'entrer dans ce jardin aux incomparables délices. Il nous le permit et nous fit entrer par une toute petite porte ; là nous remarquâmes des arbres, des arbustes, des plantes de différentes espèces. Les unes étaient encore en fleurs, les autres avaient leurs fruits, d'autres se couvraient de fleurs pour la seconde fois et répandaient de très suaves parfums. Aussitôt en entrant, un très grand et très

Digitized by Google

vieux figuier s'offrit à nos yeux ; son tronc présentait une grande excavation devant laquelle pendaient deux lampes allumées. Comme nous en demandions la raison, il nous fut répondu que pendant son exil la Glorieuse Vierge, n'ayant aucune place pour se reposer, s'était assise auprès de cet arbre avec l'Enfant Jésus pour prendre un peu de repos et que l'arbre s'était aussitôt entrouvert pour lui offrir un abri à elle et à son fils. Aussi non-seulement les chrétiens, mais les Sarrasins vénèrent la source et l'arbre. Le figuier était alors couvert d'une grande quantité de fruits qu'on appelle figues de Pharaon et avec l'autorisation du trucheman nous en goutâmes. En avançant dans le jardin, nous arrivâmes à un arbre merveilleux ; ses feuilles mesurent de quinze à seize pieds de longueur, deux et plus de largeur ; ses fruits oblongs croissent au nombre de dix-huit, dix-neuf, ou vingt sur un seul pédoncule, comme une grappe de raisins. Ces fruits arrivés à maturité sont très doux ; on les appelle *moses* et de quelque côté qu'on les coupe, chaque partie offre l'image d'une croix avec les traits d'un crucifié. L'on donne pour certain que l'arbre de la science du bien et du mal, dont le fruit avait été défendu, appartenait à cette espèce. On dit aussi qu'autrefois, avant la découverte du papyrus, on faisait dessécher les feuilles de cet arbre et on s'en servait pour écrire dessus. Ces feuilles présentent sur toute leur longueur des nervures régulièrement espacées, comme on en fait aujourd'hui artificiellement sur le papier et le parchemin. En quittant cet endroit nous nous avançâmes à travers toutes sortes de plantes odoriférantes jusqu'à une petite barrière de limon et de roseaux où se trouvait une porte toute petite, mais solidement close de verrous et de serrures en fer. Devant cette porte se tenaient des gardiens armés de bâtons et de fouets. C'était le fameux jardin (1) du baume et les gardes chargés d'en surveiller

(1) « Aïn-Schams, c'est-à-dire, fontaine du soleil (Heliopolis); cette ville, anciennement la demeure des rois d'Égypte, est située à l'orient du Caire ; c'est là que l'on trouve le baume *balsan*, apporté anciennement de la Mecque, et qu'on ne trouve point ailleurs ; il vient dans un jardin qui a un mille de longueur sur autant de largeur. » EBN-AL-OUARDI, peut-être vers 1232 de J. C., *Notices et extraits des manuscrits...*, t. II, pag. 19 et 29.

« ... en allant vers Matrie, où le balsme croît, il y a bien deux milles de loing et une mille de large de maisons abatues et désolées par mortalité. » *Ghillebert*

Digitized by Google

l'entrée. Moyennant une nouvelle somme d'argent nous fûmes introduits, mais par groupes de six personnes seulement; quand les six premiers étaient sortis, six autres entraient et ainsi jusqu'à la fin; on prend cette précaution afin que personne ne puisse prendre ou arracher des rameaux ou des feuilles de la célèbre plante. Le trucheman nous précédait; il nous montra ce que nous avions depuis longtemps lu ou entendu raconter dans nos contrées, à propos du baume. Il prit un petit rameau entre ses doigts, l'exposa au soleil, le courba comme en cercle jusqu'à rompre la première écorce et il en sortit une goutte limpide, épaisse comme de l'huile et tout l'air à l'entour fut rempli de ce merveilleux parfum; c'était le baume le plus pur. Le trucheman répéta plusieurs fois la même opération devant nos yeux émerveillés; il mettait de ce baume sur la paume de nos mains et telle en était la force qu'il pénétrait bientôt la main et se faisait sentir de l'autre côté. Les feuilles prises seules ou les rameaux eux-mêmes, si on les froisse de la main, exhalent le même parfum. Les baumiers atteignent à peine la hauteur d'un homme; ils ressemblent à ces arbustes que nous appelons chez nous la vigne de Saint Jean. Trois fois pendant le mois de décembre on fait avec un petit couteau des incisions à l'écorce du baumier, puis au-dessous de l'incision on suspend une petite fiole dans laquelle le baume découle goutte à goutte. Le premier baume recueilli est absolument réservé au sultan; c'est le plus précieux et si quelqu'un en dérobait, il serait puni de mort. Le sultan en envoie comme *encenia*, cadeaux (1), à ses quatre très puissants voisins, c'est-à-dire au grand Cham de

de Lannoy, voyageur, diplomate et moraliste, édit. CH. POTVIN, LOUVAIN J. LEFEVER, p. 115, note d'E. GACHET sur Matarea et le baume « l'inondation du Nil détruisit en 1615 » les nouvelles plantations du baume.

Ghilbert de Lannoy visita l'Égypte en 1421 au cours d'« un pèlerinage complet des lieux saints et d'une reconnaissance militaire, non moins complète, de la terre classique des Croisades. » Préf. de l'édit., p. XIX. Ce voyageur donne le catalogue des lieux où se gagnent les indulgences; « Et veuillez sçavoir que, en quelconques lieux cy après nommez où vous trouverez le signe de la croix, il y a plaine absolucion de peine et de coulpe et, es aultres lieux nommés cy après où point n'y a le signe de la croix, il y a sept ans et sept quarantaines de pardon. Et furent données les dittes indulgences de saint Silvestre, pape, à la prière de saint Constantin, empereur, et de madame sainte Hélaine sa mère. » *Ouvr. cit.*, p. 73. Cet ancien catalogue est très précieux; parmi les lieux qui n'ont pas la croix se trouve la vigne de balsme. Cf. FABRI, *Evag.*, t. 3, p. 4.

(1) DU CANGE, *Gloss*, voir *Encœnium*.

Digitized by Google

Cathey, au Prêtre Jean, au Khan des Tartares et au grand Turc. La seconde et la troisième récolte ne sont pas d'aussi excellente qualité ; on vend ce dernier baume au Caire, rarement pur (1) ; il est mélangé d'huile, d'eau de rose ou d'autre liquide. Nous goûtions à travers ce jardin, au milieu de cette variété d'arbres un bonheur sans égal. Nous étions surtout frappés du brusque contraste que nous offrait cet endroit : en dehors de l'enclos du jardin, il n'y avait que lieux arides, incultes, brûlés par l'ardeur du soleil, continuant le grand désert par lequel nous étions arrivés. Mais à la réflexion, l'étonnement cesse bientôt : le Nil, ce noble fleuve du Paradis, au moment de son inondation, arrive jusqu'à Matarieh et arrose ses terres qu'il rend fertiles. Il n'y a pas de doute que la fontaine de la Bienheureuse Vierge, qui arrose le jardin, ne vienne du Nil par des infiltrations cachées et souterraines. Le Nil est le Gyon, fleuve de Mésopotamie qui sort du Paradis ; il est trouble et boueux à cause du limon qu'il charie. Il prend sa source non loin de l'Atlas, fait le tour de l'Ethiopie et descend à travers l'Egypte dont il inonde les plaines. C'est à ce propos que Jérôme dit dans son commentaire sur Amos, au passage : « defluet quasi rivus Egypti, etc. » le Nil, par une disposition divine, arrose une fois l'année toute l'Egypte, grâce à des monceaux de sables qui l'obstruent à son embouchure et empêchent ses eaux de se perdre dans la mer. Après l'inondation, on brise les digues, les eaux du fleuve rentrent dans leur lit puis vont à la mer. Ce fleuve nourrit des reptiles très dangereux et venimeux comme les crocodiles et le petit animal du nom d'Enhydre (2); Isidore (3), Livre XII, Chap. II,

(1) « ... il n'y a guère d'articles pour lesquels on se soit autant plaint des falsifications. » W. HEYD, t. II, p. 577, *op. cit.*

(2) Voir la dissertation de Geoffroy Saint Hilaire sur les crocodiles, *Description de l'Égypte*, t. 24, p. 430.

